Jacobus <de Voragine>: Sermones de tempore per totum annum
[Köln: Konrad Winters von Homberg], [ca. 1478] Seite 671



a paupe obliuiscitur hō facilime
Vnde dr Eccl.ix. de illo paupere q̄
ciuitatem obsessam p suam sapi
entiā liberauit: q nullꝰ deinceps
recordatus est hoīs illiꝰ paupis.

Sequitur sermo tertiꝰ eiusdē.

Tautē impleti sunt ac̄.
Per istam xp̄i refectionē
qua omnes sunt impleti
intelligit celestis refectio vbi erit
plena sacietas atq̄ repletio Tria
autē sunt loca .s. mūdus. infernꝰ
a celū. In mundo nō est sacietas
aliqua. in inferno fames ppetua.
In celo est sacietas plena In mū
do quidē est cibꝰ materialis a spū
alis. a tñ neuter istorum saciat.
Cibum aūt materialem a corpa
lem diuersimode deus hoī prepa
uit sm statū ipsius. In primo ei
statu .s. ante pctm̄ deus dedit hoī i
cibum fructū arborꝝ. a ille cibus
ɔpetebat innocentie. Dedit eniz
tria genera fructuū. Vnum quo
nutriremur. aliū quo in vita con
seruaremur. terciū quo probare
mur De isto autē triplici fructu
dr gen̄. ij Produxit dn̄s deꝰ de hu
mo omne lignum pulchꝝ visu a
ad vescendum suaue. quo ad pri
mū. Lignuz etiam vite quo ad se
cundū. Lignū q̄z sc̄ie boni a mali
quo ad terciū. Scd̄o dedit hoī in
cibum olera herbaꝝ. a hoc pꝰ pec
catū. Quia enim prius hō precep
tum dei ɔtempsit a cibum vetituz

manducauit: iō de padiso in mū
dum hunc tanq̄ in exiliū euz mi
sit vt ibi de pctō suo pniam agēt
a ideo dedit sibi ī cibum olera h
baꝝ qui est cibꝰ penitentiū. Vn̄
dixit eis dn̄s pꝰ pctm̄ gen̄. iij. Ma
ledicta terra in ope tuo ac̄. Et seq̄
tur. Spinas a tribulos germina
bit tibi ac̄. Et isto cibo vsus est hō
vsq̄ ad diluuiū. Tercio dedit deꝰ
hoī in cibum esum carniū a pisci
um a hoc post diluuiū. Tunc eni
humana natura est debilitata. a
olera herbaꝝ non habuerūt tan
tam virtutē post diluuiuz: nec ter
ra tantam fertilitatē. a ideo deus
humane fragilitati ɔdescendens:
esum carniū a pisciuz sibi ɔcessit
Vnde dixit dn̄s post diluuiū noe
a filijs eius. Gen̄. ix. Terror vr̄ et
tremor sit sup cūcta animātia ter
re a sup omne volucre celi a pisces
maris: quasi oīa olera virentia tr̄
didi vobis oīa .s. ad manducand
In magnis tñ aīalibꝰ hō pdidit
dn̄ium: vt cognoscat ppt peccatū
diminutā eē suā dignitatē. In mi
nimis sic muscis a pulicibꝰ sil'r:
vt cognoscat suā miseriā a vilita
tē. In medijs āt sic pecoribꝰ a iu
mentis retinuit pp̄ter suā necc̄itatē
Ista aūt ɔcessio de esu carniū a pi
scium adhuc durat. In nullo āt
istoꝝ statuum hō sacietatē inue
nit. Qūā nec ante pctm̄ iueīt satie
tatē in fructibꝰ arborꝝ. nec postea
in esu oleꝝ a herbarum. nec pꝰ di
luuiū ec̄ mō in esu carniū a pisciū

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0671
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG